

senatorio in Operis huiusce & officij nostri exactio-
ne ponendam ex Senatus consulto curam, & ab eo
prorsus insigni quodam in Rempublicam amore se-
dulò nauatam, nos Serenissimis Dominationibus
Vestris studio parendi concitatissimos eiusdem eli-
mandi codicis, & ex eo superflua eliminandi sup-
plendi defectiora, integramque omnium respectiue
materiam sanctionum, in luculentam erigendi conso-
nantiam artifices et concinnatores, publico emisso de-
creto, & esse, & haberi summà cum animi nostri iu-
cunditate voluistis, quod quidem opus quanta ma-
ximè fieri potuit diligentia & celeritate elaboratum
DD. Vestris Serenissimis nunc repræsentamus,
& reuerentè offerimus, ut proditura hæc in vulgus
criminalia iura vestra præeunte auctoritate, nostra
verò ancillante fide, & diligentia, inter plaudentes
Liguriae populos tandem aliquando procedant.